

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Icones sive imagines virorum literis illustrium**

**Reusner, Nikolaus**

**Argentorati, 1587**

Georgius VVirth

[urn:nbn:de:bsz:31-271751](#)

GEORGIVS VVIRTH MEDICVS , ARCHIATER  
Ludouici Regis Hungariæ,& Boëmiae.



Carniolæ ducibus, Regi dein Pannonis oræ  
Gratus eram, Medicā doct̄or in arte bonus.

M. D. XXIV.

C

GEORGIVS VVIRTH I. LEO-  
bergæ in Silesiâ natus, Anno  
M. CCCCLXX:

Post prima studiorum Tyrocinia,  
Plurimis atque optimis extra patriam ornatus  
artibus;

Magisterij primo Lipsiæ, Anno M. D. I X. dein am-  
plissimo Doctoris titulo in Medicinâ deco-  
ratus Bononiæ, An. M. D. XV:

Quum ex Italiam per Liburniam in patriam re-  
gredi cogitaret:

Præter spem ac votum, Provinciæ illius Medicus  
quasi diuinitus delegatus:

Quin & paulò post Inclito Ludouico Boiemia  
& Pannonia Ragi designatus Ar-  
chiatrus:

A quo tandem ipse, splendidissimo isto cum laude &  
dignitate perfunctus munere, Budissinæ Lu-  
fatorum constitutus Decanus, fin-  
gularis ergo meriti:

Literarij ocij sui symbolis relictis in omne ævum  
per duraturis:

Obiit Gorlicij feliciter, Anno M. D. XXI V.  
Aet. LI V. IX. Martij.

IN GEORGIVM VVIRTHVM  
Medicum, Archiatrum Regium.

EPIGRAMMATA.

GEORGII VVIRTH. II.

Arte sui magnus Ludouici Regis in aula  
Pannonici: Carni me coluere viri:  
Budisina facit mie, Rege iubente, Decanum:  
Gorlicy sacrâ sum tumulatus humo.

IOANNIS RIVII.

Magnus ut ingenio, sic clarus honore: Magistri  
Egregij primum iura locumq; capit:  
Hic ubi Musarum sedem Philyreas Elister  
Alluit, & rapidus Lipsidos arua premit.  
Post hinc diligendiens, Italaq; projectus ad oras:  
Per medicas artes sedulus ire parat:  
Fellina Doctoris meritâ ornaturq; coronâ  
Ad patrios iussit leta redire Lares.  
Hoc titulo fulgens, agitare inglorius artem  
Noluit: ingenij conscius ipse sibi.  
Tum Regi iuueni Ludouico sceptra Bohemo  
Qui tenuit, praefto est, Pannonioq; simul.  
Ergo salutifer & medicamina porrigit artis:  
Et reliquis fausta præstitit ille manu.  
Felix ô, hæres ex fratre Georgius artis  
Cui parilis, simul & nominis alter adest.

C ij

HIERONYMI TREVTLERI.

VVirthius hic medici, studiorum luce renata,  
In grege Teutonidum, fama decusq; chorii:  
Pannoniae regis Ludouici cura salutem  
Huius amat: sed mors inuida fata parat.

NICOLAI REVSNERI.

Quem Ludouicus amat rex Pannonis atq; Boëma  
Oræ, dum Medicum destinat ipse sibi:  
Multis quem donis & honoribus auget, & ornat,  
Custodem vitæ per mala damna suæ:  
Quem Budissinae tandem creat ipse Decanum:  
Quo vitæ reliquum sponte quietus agat:  
Ille inquam, Phoebi decus orbe Georgius ille  
VVirthius ad cœlos exiit ante diem.  
Patria cui Leoris vitam dedit antè Silesia:  
Gorlicū vrbs tumulum Lusatia inde sacrat.